



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Verbum Dei mundat. Caput LIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

- Luc. 8.** Verūm, multi sunt, qui verbum Dei libenter & cum ga-
dio suscipiunt & audiunt, sed non custodiunt, fructum e-
Rom. 2. ius in patientia non adferunt. Similes Iudæis & phariseis,
Ioan. 7. qui gloriabantur in lege, legem docebant, & nullus eorū
legem seruavit. Horum ego verbi Dei auditionem, & illo
Pro. 28. rum qui aurem suam obturant & auertunt, ne verbū Dei
Psal. 94. audiant, iuxta æstimo. Nā sicut ij nō intrat in requiem do-
Luc. 6. mini, & oratio eorū est execrabilis, sic & illis dicturus es:
Matt. 7. Nescio vos, & vapulabunt multis: Scientibus namq; bonū
Iacob. 4. & non facientibus, peccatum est illis: sicut seruo malo, pi-
Matth. 25 gro & inutili dixit in euangelio.

Verbum Dei mundat. Caput LIX.

- A** **S**exto, mundat peccatores ab omni inquinamento mi-
2. Cor. 7. litis & corporis. Expurgat omne vetus fermentum ma-
1. Cor. 5. litiae & nequitiae: lauat ab omni malitia corda eorum qui
Hier. 4. illud audiunt & custodiunt, & super niue magis alba red-
Psal. 50. dit ea, iuxta illud iam vos mundi estis: propter sermonem
Ioan. 15. quem locutus sum vobis. Sed & quod maius est, à peccatis
1. Ioan. 3. præseruat, iuxta illud: Omnis qui natus est ex Deo, non
Luc. 8. peccat: quoniam semen eius (quod est verbum Dei) ma-
Ephe. 5. net in eo, & non potest peccare, interim quod semen ver-
bi in eo manet, & custodit illud opere & veritate. Hincite
Apoc. 14. rum dicit apostolus: Christus ecclesiam mundat, lauacrum
Act. 2. aquæ, in verbo vita. Sic mundatus fuit Matthæus & Za-
Apoc. 1. chæus: Nam ad vnam domini vocem resipuerunt à Di-
boli laqueis: & Christum quounque iuit sequebantur,
ad vnum sermonem Petri apostoli in die pentecostes, tria-
milia, compuncti corde sunt & loti in sanguine agnìa pec-
catis suis in baptismo.

Verbum Dei uitam dat gratia et gloria.

Caput LX.

Sept.